

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

Liber primus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

P. VIRGILII MA-
RONIS AENEIDOS

Liber primus.



LE ego, qui quondam
gracili modulatus auena
Carmen, & egressus fluvius,
vicina coëgi
Ut quamvis avido parerent
arua colono:
Gratum opus agricolis: at
nunc horrentia Martis

Arma, virumq; cano: Troia qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lauinaq; venit
Littora: multum ille & terris iactatus & alto,
Visperum, seu memorem lunonem ob iram.
Multa quoq; & bello passus, dum conderet urbem,
Inferretq; deos Latio: genus vnde Latinum, 10
Albanig; patres, atq; alta moenia Roma.
Musa, mihi causas memora, quo numine laeso, 12
Quidve dolens regina deum, tot voluere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit. tanta ne animis caelestibus ira? 14
Vrbs antiqua fuit, Tyri tenuere coloni,
Carthago: Italiam contra, Tyberinaq; longe
Ostia: dives opum, studiisq; aспerrima belli.

I 3

Quam

Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
 Posthabita coluisse Samo. hic illius arma,
 Hic currus fuit: hoc regnum Dea gentibus esse,
 Si qua fata sinant, iam tum tenditq; fouetq;.
 Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci
 Audierat, Tyrias olim qua verteret arces.
 Hinc populum latè regem, belloq; superbum
 Venturum excidio Libyæ: sic voluere Parcas.
 Id metuens, veterisq; memor Saturnia belli,
 Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis.
 Nec dum etiam causa irarum, saeuq; dolores
 Exciderant animo: manet alta mente repostum
 Iudicium Paridis, spretaq; iniuria forma,
 Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores.
 His accensa super, iactatos aequore toto
 Troas, reliquias Danaûm, atq; inmitis Achilli,
 Arcebat longè Latio: multosq; per annos
 Errabant acti fati maria omnia circum.
 Tante molis erat Romanam condere gentem.
 Vix è conspectu Sicula telluris in altum
 Vela dabant lati, & spumas salis ære ruebant:
 Cum Iuno aeternum seruans sub pectore vulnus,
 Hæc secum: Mene incæpto desistere victam?
 Nec posse Italia Teucrorum auertere regem?
 Quippe vector fati, Pallâsine exurere classem
 Argiuûm, atq; ipsos potuit submergere ponto.
 Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei?
 Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,
 Disceq; rates, euertiq; aquora ventis:

illum expirantem transfixo pectore flammis,
 Turbine corripuit, scopuloq; infixit acuto:
 At ego, qua diuim incedo regina, Iouisq;
 Et soror, & coniunx, vna cum gente tot annos
 Bella gero. & quisquam numen Iunonis adores
 Præterea, aut supplex aris imponat honorem?
 Talia flammato secum dea corde volutans,
 Nimborum in patriam, loca fœta furentibus Austris,
 Aeoliam venit. hic vasto rex Aeolus antro
 Luctantes ventos, tempestatesq; sonoras
 Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.
 Illi indignantes, magno cum murmure, montis
 Circum claustra fremunt. celsa sedet Aeolus arce,
 Sceptra tenens: mollitq; animos, & temperat iras.
 Nè faciat, maria ac terras, cœlumq; profundum
 Quippe ferant rapidi secum, verrantq; per auras.
 Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
 Hoc metuens, molemq; & montis insuper altos
 Imposuit: regemq; dedit, qui fœdere certo
 Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.
 Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est:
 Aeole, (namq; tibi diuim pater atq; hominum rex,
 Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos)
 Gens inimica mibi Tyrrhenum nauigat æquor,
 Ilium in Italiam portans, victosq; penates.
 Incute vim ventis, submersasq; obrue puppes:
 Aut age diuersas, aut disente corpora ponto.
 Sunt mibi his septem præstanti corpore Nymphæ
 Quarum, qua forma pulcherrima, Deiopeiam

Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo:
 Omneis ut tecum meritis pro talibus annos
 Exigat, & pulcra faciat te prole parentem.
 Aeolus hac contra: Tuus, ô regina, quid optes,
 Explorare labor: mihi iussa capeffere fas est.
 Tu mihi quodcumq; hoc regni, tu sceptrâ, Iouemq;
 Concilias: tu das epulis accumbere diuim,
 Nimborumq; facis tempestatumq; potentem.
 Hec ubi dicta, cauum conuersa cuspide montem
 Impulit in latus: ac venti, velut agmine facto,
 Quâ data porta, ruunt, & terras turbine perslant.
 Incubère mari, totumq; à sedibus imis
 Vnâ Eurûsq; Notusq; ruunt, creberg; procellis
 Africæ: & vastos voluunt ad littora fluctus.
 Insequitur clamorq; virûm, stridorq; rudentum.
 Eripiunt subito nubes, cælumq; diemq;
 Teptorum ex oculis: ponto nox incubat atra.
 Intonuère poli: & crebris micat ignibus ather:
 Presentemq; viris intentant omnia mortem.
 Exemplo Aeneæ soluuntur frigore membra.
 Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas,
 Talia voce refert: ô terq; quaterq; beati,
 Quis ante ora patrum, Troiæ sub mœnibus altis,
 Contigit oppetere. ô Danaûm fortissime gentis
 Tydide, mène Iliacis occumbere campis
 Non potuisse? tuâq; animâ hanc effundere dextra?
 Sæuis ubi Aeacida telo iacet Hector, ubi ingens
 Sarpedon, ubi tot Simois correpta sub undis
 Scuta virûm, galeasq;, & fortia corpora voluit.

Talia

Talia iactanti stridens Aquilone procella
 Velum adversa ferit, fluctusq; ad sidera tollit.
 Franguntur remi: tum prostrata querit, & vndis
 Dat latus: insequitur cumulo praeruptis aqua mōs.
 Hi summo in fluctu pendent: his vnda debiscens
 Terram inter fluctus aperit: furit aestus arenis.
 Treis Notus abreptas in saxa latentia torquet:
 (Saxa, vocant Itali medijs quae in fluctibus Aras, appropinquo
 Porcum immane mari summo) treis Eurus ab alto
 In brevia, & Syrtis vrget, (miserabile visu) *Aras & Syrtis*
 Illiditq; vadis, atq; aggere cingit arena.
 Vnam, quae Lycios, fidumq; vehebat Orontem,
 Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
 In puppim ferit, excutitur, pronusq; magister
 Voluitur in caput, aet illam ter fluctus ibidem
 Torquet, agens circū, & rapidus vorat aquore vor-
 apparent rari nantes in gurgite vasto: *tex.*
 Arma virū, tabulaq; & Troia gaza per vndas.
 Iam validam Ilionei nauem, iam sortis Achata,
 Et qua vectus Abas, & qua grandaeus Alethes,
 Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
 Accipiant inimicum imbrem, rimisq; fatiscunt.
 Interea magno misceri marmure pontum, *Actaeus vultus*
 Emisamq; hyemem sensit Neptunus, & imis
 Stagna refusa vadis: grauitur commotus, & alto *Actaeus vultus*
 Prospiciens, summa placidum caput extulit vnda.
 Disiectam Aeneas toto videt aquore classem,
 Fluctibus oppressos Troas, reliq; ruina. *Actaeus vultus*
 Nec latuere doli fratrem Iunonis, & ira:

Troiani. *Actaeus vultus*
 Eurum

Eurum ad se, Zephyrumq; vocat: dehinc talia sa-
 Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?
 Iam caelum, terramq; meo sine numine, venti,
 Miscere, & tantas audetis tollere moles?
 Quos ego. sed motos praestat componere fluctus:
 Post mihi non simili poena commissa luetis.

*clausula
 quae se populi
 de auctoritate
 producit.*

Maturate fugam, regi; haec dicite vestro,
 Non illi imperium pelagi, saeuumq; tridentem,
 Sed mihi sorte datum. tenet ille immania saxa,
 Vestras Eure domos: illa se iacet in aula
 Aeolus, & clauso ventorum carcere, regnet.
 Sic ait: & dicto citius tumida equora placat,
 Collectasq; fugat nubes, solemq; reducit.
 Cymothoe simul, & Triton annixus, acuto
 Detrudunt naues scopulo: leuat ipse tridenti
 Et vastas aperit Syreis, & temperat aquor,
 Atq; rotas summas leuibus perlabitur vndas.
 Ac veluti, magno in populo, cum saepe coorta est
 Seditio, sauitq; animis ignobile vulgus,
 Iamq; faces, & saxa volant, furor arma ministrat:
 Tum pietate grauem ac meritis si forte virum quem
 Conspectere, silent, arrectusq; auribus astant:
 Ille regit dictis animos, & pectora mulcet:
 Sic cunctus pelagi cecidit fragor, equora postquam
 Prospiciens genitor, caeloq; inuectus aperto
 Flectit equos, curruq; volans dat lora secundo.
 Desesti Aeneada, quae proxima littora, cursu
 Contendunt petere, & Libya vertuntur ad oras.
 Est in secessu longo locus: insula portum

Efficit

Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
 Frangitur, inq; sinus scindit sese vnda reductos.
 Hinc atq; hinc vastæ rupes, geminæq; minantur
 In cælum scopuli: quorum sub vertice latè
 Aequora iuta silent. tum sylvis scena coruscis
 Desuper, horrentiq; atrum nemus imminet umbra.
 Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum:
 Intus aquæ dulces, viuq; sedilia saxo:
 Nympharum domus. hic sessas non vincula naueis
 Vlla tenent, vnco non alligat ancora morsu.
 Huc septem Aeneas collectis nauibus omni
 Ex numero subit: ac magno telluris amore.
 Egredi, optata potiuntur Troës arena,
 Et sale tabentis artus in litore ponunt.
 Ac primum silicis scintillam excudit Achates,
 Suscepitq; ignem folijs, atq; arida circum
 Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam.
 Tum Cererem corruptam vndis, Cerealeaq; arma,
 Expediunt, festi rerum: frugesq; receptas
 Et torrere parant flammis, & frangere saxo.
 Aeneas scopulum interea conscendit, & omnem
 Prospectum latè pelago petit, Anthea si quem
 Iactatum vento videat, Phrygiasq; biremes,
 Aut Capyn: aut celsis in puppibus arma Cayci.
 Nauim in conspectu nullam, treis litore cygnos
 Prospicit errantes: hos tota armenta sequuntur.
 A tergo, & longum per valles pascitur agmen.
 Constitit hic, arcumq; manu, celerisq; sagittas
 Corripuit, fidus qua tela gerebat Achates.
 pleonazog, inde cælo manu.

Ducta

Ductoresq; ipsos primum, capita alta ferentes,
 Cornibus arborea, sternit: tum vulgus, & omnem
 Miscet agens telis nemora inter frondea turbam.
 Not prius absistit, quam septem ingentia victor
 Corpora fundat humi, & numeru cum nauibus aequet.
 Hinc portum petit, & socios partitur in omnes.
 Vina, bonus qua deinde cadis onerarat Acestes
 Littore Trimacrio, dederatq; abeuntibus heros,
 Diuidit, & dictis morantia pectora mulcet.
 O socij, (neq; enim ignari sumus ante malorum)
 O passi grauiora: dabit Deus his quoq; finem.
 Vos & Scyllaeam rabiem, penitusq; sonanteis
 Accessis scopulos: vos & Cyclopea saxa
 Experti: reuocate animos, maestumq; timorem
 Mittite. forsan & haec olim meminisse iuuabit.
 Per varios casus, per tot discrimina rerum
 Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
 Ostendunt: illic fas regna resurgere Troiae.
 Durate, & vosmet rebus seruate secundis.
 Talia voce refert, curiq; ingentibus ager,
 Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.
 Illi se praeda accingunt, dapibusq; futuri:
 Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.
 Pars in frustra secant, verubusq; trementia figunt:
 Littore abena locant alij, flammaq; ministrant.
 Tum victu rauocant vires: fusi, per herbam,
 Implentur veteris Bacchi, pinguisq; ferina.
 Postquam exempta fames epulis, mensaq; remota,
 Amisos longo socios sermone requirunt:

Spemq;

201

Prosero
 1000

217

Spemq; metumq; inter dubij, seu viuere credant,
 Siue extrema pati, nec iam exaudire vocatos.
 Præcipue pius Aeneas, nunc acris Oronti,
 Nunc Amyci casum gemit: Et rudelia secum
 Fata Lyci, sortemq; Gyan, sortemq; Cloanthum.
 Et iam finis erat, cum Iuppiter æthere summo
 Despiciens mare veliuolum, terrasq; iacentes,
 Littoraq; & latos populos, in vertice cæli
 Constitit, & Libya defixit lumina regnis.
 Atq; illum taleis iactantem pectore curas,
 Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitentis,
 Alloquitur Venus: ô, qui res hominumq; deumq;
 Aeternis regis imperijs, & fulmine terres,
 Quid meus Aeneas in te committere tantum,
 Quid Troës potuere? quibus tot funera passis
 Cunctus, ob Italiam terrarum clauditur orbus,
 Certe hinc Romanos olim, valentibus annis,
 Hinc fore ductores, reuocato à sanguine Teucri,
 Qui mare, qui terras omni ditioe tenerent,
 Pollicitus: quæ te genitor sententia vertit?
 Hac equidem occasum Troia, tristesq; ruinas
 Solabar, fatis contraria fata rependens.
 Nunc eadem fortuna viros, tot casibus actos,
 Insequitur, quem das finem rex magne laborum
 Antenor potuit, medijs elapsus Achius,
 Illyricos penetrare sinus, atq; intima tutus
 Regna Liburnorum, & fontem superare Timau:
 Vnde per ora nouem, vasto cum murmure montis,
 It mare proruptum, & pelago premit arua sonanti.

Hic

Hic tamen ille urbem Parauit, sedesq; locauit
 Teucrorum, & genti nomen dedit, armaq; fixit
 Troia: nunc placida compositus pace quiescit.
 Nos, tua progenies, cæli quibus annuis arcem,
 Nauibus (insandum) amissis, vnus ob iram
 Prodimur, atq; Italis longè disiungimur oris.
 Hic pietatis honos? sic nos in sceptrâ reponis?
 Olli subridens hominum sator atq; deorum,
 Vultu, quo cælum, tempestatesq; serenat,
 Oscula libauit nata. dehinc talia fatur:
 Parce metu Cytherea: manent immota tuorum
 Fata tibi: cernes urbem, & promissa Lauini
 Mœnia, sublimemq; feres ad sidera cæli
 Magnanimum Aeneam. neq; me sententia vertit.
 Hic tibi (sabor enim, quando hac te cura remordet,
 Longius & voluens fatorum arcana monebo)
 Bellum ingens geret Italia: populosq; feroces
 Contundet, moresq; viris, & mœnia ponet:
 Tertia dum Latio regnantem viderit ætas,
 Ternaq; transferint Rutulû hyberna subactis.
 At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
 Additur, (Iulus erat, dum res stetit Ilia regno)
 Triginta magnos voluendis mensibus orbes
 Imperio explebit, regnumq; à sede Lauini
 Transferet, & longam multa vi muniet Albam.
 Hic iam tercentum totos regnabitur annos
 Gente sub Hectorea: donec regina sacerdos
 Marte grauis geminam partu dabit ilia prolem.
 Inde lupa fuluo nutricis tegmine latus

Roma-

Romulus excipiet gentem, & Mauortia condet
Mænia, Romanosq; suo de nomine dicet.

Hu ego nec metas rerum, nec tempora pono:

Imperium sine fine dedi. quin aspera Iuno,

Qua mare nunc, terrasq; metu, cælumq; fatigat,

Consilia in melius referet, mecumq; fouebit

Romanos rerum dominos, gentemq; togatarum.

Sic placitum: veniet lustrus labentibus ætas,

Cum domus Assaraci Phthiam, claraq; Mycenæ

Seruiio premet, ac victis dominabitur Argis. *¶ Grecis*

Nascetur pulchra Troianus origine Caesar,

Imperium Oceano, famam qui terminet astris,

Iulius, à magno demissum nomen Iulo.

Hunc tu olim cælo, spolijs orientis onustum,

Accipies secura, vocabitur hic quoq; votis.

Aspera tum positis mitescent secula bellis:

Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus

Iura dabunt: diræ ferro, & compagibus artibus

Claudentur belli portæ. furor impius intus

Sena sedens super arma, & centum vinctus ahenâ

Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

Hæc ait, & Maia genitum demittit ab alto,

Vi terræ, vig; nouæ pateant Carthaginis arces

Hospitio Teucris: ne sati nescia Dido

Emibus arceret. volat ille per aëra magnum

Remigio alarum, ac Libya citius astitit oris *Comp. Carthagini*

Et iam iussa facit. ponuntq; ferocia Pœnæ *hæc n. de vado puen*

Corda, volente Deo, imprimis regina quietum *ante a laeom. p. 10. 11*

Accipit in Teucris animum, mentemq; benignam *in ali. si. 11. 12. 13*

At pinnas *in ali. si. 11. 12. 13*

in ali. si. 11. 12. 13

in ali. si. 11. 12. 13

in ali. si. 11. 12. 13

in ali. si. 11. 12. 13

in ali. si. 11. 12. 13

in ali. si. 11. 12. 13

in ali. si. 11. 12. 13

in ali. si. 11. 12. 13

in ali. si. 11. 12. 13

in ali. si. 11. 12. 13

At pius Aeneas per noctem plurima volens,
 Ut primum lux alma data est, exire, locosq;
 Explorare novos, quas vento accesserit oras,
 Qui teneant (nam inculta videt) hominésne, fera'ne
 Querere constituit, socijsq; exacta referre.
 Classem in conuexo nemorum sub rupe cauata
 Arboribus clausam circum, atq; horrentibus umbris
 Occulit: ipse vno graditur comitatus Achate,
 Bina manu lato crispans hastilia ferro.
 Cui mater media sese tulit obuia sylua,
 Virginis os habitumq; gerens, & virginis arma
 Spartana: vel qualis equos Threissa fatigat
 Harpalice, volucremq; fuga praeuertitur Hebrum.
 Namq; humeris de more habilē suspenderat arcum
 Venatrix, dederatq; comas diffundere ventis:
 Nuda genu, nodosq; sinus collecta fluentis.
 Ac prior, Heus, inquit, iuuenes, monstrate mearum
 Vidistis si quam hic errantem fortè sororum:
 Succinctam pharetra, & maculosa tegmine lyncis,
 Aut spumantis apri cursum clamore prementem.
 Sic Venus, at Veneris contrà sic filius orsus:
 Nulla tuarum audita mihi, neq; visa sororum.
 O quam te memorem virgo! namq; haud tibi vultus
 Mortalis, nec vox hominem sonat. ô Dea certè:
 An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis vna?
 Sis felix, nostrumq; leues quacumq; laborem:
 Et quo sub cælo tandem, quibus orbis in oris
 Iactemur, doceas: (ignari hominumq; locorumq;
 Erramus, vento huc vastis & fluctibus acti)

Multa

Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.
Tunc Venus: Haud equidem tali me dignor honore:
Virginibus Tyrijs mos est gestare pharicram,
Purpureoq; alie suras vincire cothurno.
Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem:
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta,
Germanum fugiens. longa est iniuria, longa
Ambages: sed summa sequar fastigia rerum.
Huic coniunx Sichæus erat, ditissimus agri
Phenicum, magno misera dilectus amore:
Cui pater intactam dederat, primiq; iugarat
Omnibus: sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnis,
Quos inter medius venit furor. ille Sichæum
Impius ante aras, atq; auri cecus amore,
Clam ferro incautum superat, securus amorum
Germanæ: factumq; diu calauit: & agrum
(Multa malus simulans) vana spe lusit amantem.
Ipse sed in somnis inhumati venit imago
Coniugis, ora modis attollens pallida miris.
Crudeleis aras, traiecitq; pectora ferro
Nudauit: cecumq; domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugam, patriaq; excedere suadet:
Auxiliumq; via, veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.
Hu commota fugam Dido sociosq; parabat.
Conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat. naucis, qua forte parata,

K

Corripi-

Corripiunt, onerantq; auro. portantur auari
 Pygmalionis opes pelago. dux femina facti.
 Deuenere locos, ubi nunc ingentia cernes
 Mœnia, surgentemq; noua Carthaginis arcem:
 Mercatig; solum, facti de nomine Byrsam,
 Taurino quantum possent circundare tergo.
 Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?
 Quibue tenetis iter? quarenti, talibus ille,
 Suspirans, imoq; trahens à pectore vocem:
 O dea, si, prima repetens ab origine, pergam,
 Et vacet annales nostrorum audire laborum:
 Ante diem clauso componet vesper Olympo.
 Nos Troia antiqua (si vestras forte per aures
 Troie nomen h̄t) diuersa per æquora vectos
 Fortè sua Libycæ tempestas appulit oris.
 Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste penates
 Classe velò mecum: fama super æthera notus.
 Italiam quero patriam, & genus ab Ioue summo.
 Bis demus Phrygium conscendi nauibus aquor,
 Matre dea monstrante viam, data fata secutus.
 Vix septem, conuulsa vndis Euroq; supersunt.
 Ipse ignotus, egens, Libya deserta peragro,
 Europa atq; Asia pulsus. nec plura querentem
 Passa Venus, medio sic interfata dolore est:
 Quisquis es, haud (credo) inuisus cœlestibus auras
 Vitales carpi, Tyriam qui adueneris urbem.
 Perge modò, atq; hinc te regina ad limina perfer.
 Namq; tibi redukes socios, classemq; relatum
 Nuncio, & in tutum versis Aquilonibus actam:

Ni fru-

Ni frustra augurium vani docuere parentes.
Aspice bis senos latantes agmine cygnos,
Aetherea quos lapsa plaga Iouis ales aperto
Turbabat caelo: nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas iam despectare videntur.
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et caetu cinxere polum, cantusq; dedere:
Haud aliter puppesq; tuae, pubesq; tuorum
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.
Perge modò: & quâ te ducit via, dirige gressum.
Dixit: & auertens rosea ceruice resulsit:
Ambrosiaq; comae diuinum vertice odorem
Spirauere: pedes vestis defluxit ad imos:
Et vera incessu patuit dea. Ille, vbi matrem
Agnouit, tali fugientem est voce secutus:
Quid natum toties crudelis tu quoq; falsis
Ludis imaginibus? cur dextra iungere dextram
Non datur? ac veras audire, & reddere votes?
Talibus incusat, gressumq; ad moenia tendit.
At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,
Et multo nebulae circum dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,
Moliriue moram, aut veniendi poscere causas.
Ipsa Paphum sublimis abit, sedesq; reuisit
Leta suas: vbi templum illi, centumq; Sabae
Thure calent ara, fertsq; recentibus halant.
Corripuere viam interea, quâ semita monstrat.
Iamq; ascendebant collem, qui plurimus vrbi
Imminet, aduersasq; aspectat desuper arces.

Miratur molem Aeneas, magalia quondam :
 Miratur portas, strepitumq; , & strata viarum.
 Instant ardentes Tyrij : pars ducere muros,
 Moliriq; arcem, & manibus subuoluerè saxa:
 Pars aptare locum tecto, & concludere sulco.
 Iura, magistratumq; legunt, sanctumq; senatum.
 Hic portus alij effodiunt : hic alta theatris
 Fundamenta locant alij, immanesq; columnas
 Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.
 Qualis apes estate noua per florea rura
 Exerces sub sole labor : cum gentis adultos
 Educunt scetus, aut cum liquentia mella
 Stipant, & dulci distendunt nectare cellas:
 Aut onera accipiunt venientum, aut, agmine facto,
 Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
 Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.
 O fortunati, quorum iam mœnia surgunt,
 Aeneas ait, & fastigia suspicit vrbis.
 Insert se septus nebula (mirabile dictu)
 Per medios, miscetq; viris, neq; cernitur vlli.
 Lucus in vrbe fuit media, latissimus umbra:
 Quò primum iactati vndis & turbine Pœni
 Effodere loco signum, quod regia Iuno
 Montrarat, caput acris equi : sic nam fore bello
 Egregiam, & facilem victu per secuta gentem.
 Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
 Condebat, donis opulentum, & numine diuæ:
 Aerea cui gradibus surgebant limina, nexaq;
 Aere trabes : foribus cardo fridebat ahenis.

Hoc primum in luco noua res oblata timorem
 Tenit: hic primum Aeneas sperare salutem
 Ausus, & afflicto melius considerare rebus.
 Namq; sub ingenti lustrat dum singula templo,
 Regnam opperiens: dum, quae fortuna sit vrbi,
 Artificumq; manus inter se, operumq; laborem
 Miratur: vidit Iliacas ex ordine pugnas,
 Bellaq; iam fama totum vulgata per orbem: *Aegymmonem*
 Atroa, Priamumq; & seuum ambobus Achillem. *Menealaem*
 Constitit, & lacrymas: quis in locus, inquit, Achate,
 Quae regio in terris nostri non plena laboris?
 En Priamus: sunt hic etiam sua praemia laudi:
 Sunt lacrymae rerum: & mentem mortalia tangunt.
 Solue metus: feret haec aliquam tibi fama salutem.
 Sic ait: atq; animum pictura pascit inani,
 Multa gemens, largoq; humectat flumine vultum.
 Namq; videbat, vii bellantes Pergama circum
 Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus:
 Hac Phryges: instaret curru cristatus Achilles.
 Nec procul hinc Rhæsi niueis tentoria velis
 Agnoscit lacrymans: primo qua prodita somno,
 Tydides multa vastabat caede cruentus:
 Ardenteuq; auertit equos in castra prius, quam
 Pabula gustassent Troia, Xanthumq; bibissent.
 Parte alia fugiens amissis Troilus armis, *per eam viam*
 Infelix puer, atq; impar congressus Achilli,
 Fertur equis, curruq; haeret resupinus inani,
 Lora tenens tamē: huic ceruixq; comaq; irabuntur
 Per terram, & versa puluis inscribitur hasta.

Interea ad templum non aqua Palladis ibans
 Crimibus Iliades passis, peplumq; ferebant,
 Suppliciter tristes, & rursus pectora palmis.
 Diua solo fixos oculos auersa tenebat. *Agallage.*
 Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,
 Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles. *Priamus.*
 Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo,
 Ut spolia, ut currus, viq; ipsum corpus amici,
 Tendentemq; manus Priamum conspexit inermem.
 Se quoq; principibus permistum agnouit Achivum,
 Eoasq; acies, & nigri Memnonis arma.
 Ducti Amazonidum lunatis agmina peltis *scutis*
 Penthesilea furens, medijq; in millibus ardet,
 Aurea subnectens exerta cingula mammae,
 Bellatrix, audetq; viris concurrere virgo.
 Hac dum Dardanio Aeneae miranda videntur,
 Dum stupet, obrutusq; haeret defixus in vno:
 Regina ad templum forma pulcerrima Dido
 Incessit, magna iuuenum stipante caterva. *Tullius*
 Qualis in Eurota ripis, aut per iuga Cythrae *Delo*
 Exercet Diana choros: quam nulla secuta *Monte*
 Hinc atq; hinc glomeratur Oreades: illa pharetram *scilicet*
 Fert humero, gradiensq; deas supereminet omnes.
 Latona, tacitum pertentans gaudia pectus;
 Talis erat Dido, talem se lata ferebat
 Per medios, instans operi, regniq; futuris. *Carthagini*
 Tum soribus diuæ, media testudine templi,
 Septa armis, solioq; altè subnixâ, refedit.
 Iura dabat, legeq; viris, operumq; laborem

& cum prae
 phoribus
 hanc
 1. quod Diana

Partibus aequabat iustus, aut sorte trahebat:
Cum subito Aeneas concursu accedere magno
Anthea, Sergestumq; videt, sortemq; Cloanthum,
Teucrorumq; alios: ater quos aequore turbo
Dispulerat, penitusq; alias aduexerat oras.
Obstupuit simul ipse, simul percussus Achates:
Laetitiaq; metusq; audi consurgere dextras
Ardebant: sed res animos incognita turbat.
Disimulant: & nube caua speculantur amicti,
Quae fortuna viris, classem quo litore linquant,
Quid veniant: cunctis nam lecti nauibus ibant
Orantes veniam, & templum clamore petebant.
Postquam introgressi, & coram data copia sandi,
Maximus Ilioneus placido sic pectore cepit:
O regina, nouam cui condere Iuppiter urbem,
Iusticiaq; dedit gentis frenare superbas:
Troës te miseri, ventus maria omnia vecti,
Oramus: prohibe infandos à nauibus igneis.
Parce pio generi, & propius res aspice nostras,
Non nos aut ferro Libycas populare penates
Venimus, aut raptas ad littora vertere praeda.
Non ea vis animo: nec tanta superbia victis.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt:
Terra antiqua, potens armis, atq; vberè gleba.
Oenotri coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducu de nomine gentem,
Huc cursus fuit:
Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion
In vada caeca tulit, penitusq; procacibus Austris.

Perq̃, vndas superante salo, perq̃, inuia saxa
 Dispulit: huc pauci vestris adnaumimus oris. (morem
 Quod genus hoc hominū? quæte hunc tam barbare
 Permittit patria? hospitio prohibemur arena.
 Bella cient, primaq̃, vetant consistere terra.
 Si genus humanum, & mortalia temnitis arma:
 At sperate deos memores sandi atq̃, nefandi.
 Rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter
 Nec pietate fuit, nec bello maior & armis.
 Quem si sata virum seruant, si vescitur aura
 Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris:
 Non metus: officio nec te certasse priorem
 Pœniteat. sunt & Siculis regionibus vrbes,
 Armaq̃, Troianog̃, à sanguine clarus Acestes.
 Quassaram ventis liceat subducere classem.
 Et syluis aptare trabes, & stringere remos.
 Si datur Italiam, socijs & rege recepto,
 Tendere, vt Italiam lati, Latium petamus:
 Sin absunta salus, & te, pater optime Teucrum,
 Pontus habet Libya, nec spes iam restat Iuli:
 At freta Sicania saltem, sedesq̃, paratas,
 Vnde hūc aduecti, regemq̃, petamus Acestem.
 Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant
 Dardanide.
 Tum breuiter Dido, vultum demissa, profatur:
 Soluite corde metum Teucris, secludite curas.
 Res dura, & regni nouitas me talia cogunt
 Moliri, & late fines custode tueri.
 Quis genus Aeneadam, quis Troia nesciat urbem?

Teucer filij Telamonis. It. Teucer. orig. X. Troia.
 Teucer, a um.

Kyru-

Virtuteſq; viroſq; & tanti incendia belli?

Non obruſa adeo geſtamus pectora Pœni:

Nec tam aduerſus equos Tyria ſol iungit ab vrbe.

Seu vos Heſperiam magnam, Saturniaq; arua,

Sive Erycis ſineſ, regemq; opratis Acceſtem:

Auxilio tutos dimittam, opib; iuuabo.

Vultis & huſ mecum pariter conſidere regniſ?

Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt: ſubducite naueſ:

Troſ, Tyriuſq; mihi nullo diſcrimine ageſtur.

Atq; vinam rex ipſe, *Noto compulſus eodem, Auiſter d' d.*

Aſſoret Aeneas. equidem per littora certos

Dimittam, & Libya luſtrare extrema iubebo,

Si quib; electuſ ſyluiſ, aut vrbib; errat.

Huſ animum arrecti dictiſ, & fortuſ Achateſ,

Ei pater Aeneas, iam dudum erumpere nubem

Ardebant. prior Aeneam compellat Achateſ:

Nate dea, qua nunc animo ſententia ſurgit?

Omnia tuta vidiſ: claſſem, ſocioſq; receptoſ.

Vnuſ abeſt, medio in fluctu quem vidimus ipſi

Submerſum: dictiſ reſpondent cætera matruſ.

Vix ea ſatuſ erat, cum circumſuſa repente

Scindit ſe nubeſ, & in æthera purgat apertum.

Reſtuit Aeneas, claraq; in luce reuulſit,

Oſ humeroſq; deo ſimiliſ: namq; ipſa decoram

Cæſariem nato genitrix, lumenq; iuuenta

Purpureum, & latoſ oculiſ aſſlarat honoreſ.

Quale manuſ addunt ebori decuſ, aut vbi ſlavo

Argentum, Parnuſie lapuſ circumdatur auro.

Tuſ ſic reginam alloquitur, cunctiſq; repente

K 5

Impro-

Improutus ait : coram, quem queritis, assum
Troius Aeneas, Libycis ereptus ab undis.

Q. sola infandos Troia miserata labores :

Quae nos, reliquias Danaum, terraq; mariq;
Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos,
Urbe, domo socias: grates persolvere dignas

Non opus est nostra, Dido: nec quicquid ubiq; est
Gentis Dardania, magnum quae sparsa per orbem,
Dij tibi (si qua pios respectant numina, si quid
Usquam iusticia est, & mens sibi conscia recti)

Premia digna ferant, quae te tam laeta tulerunt
Secula ! qui tanti talem genuere parentes!

In freta dum fluvij current, dum montibus umbra
Lustrabunt conuexa, polus dum sidera pascet :
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt;

Quae me cunque vocant terra, sic satius, amicum
Ilionea petit dextra, laetaq; Sereestum.

Pot' alios, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.
Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido,
Casu deinde viri tanto, & sic ore locuta est:

Quis te nate dea per tanta pericula casus
Insequitur ! quae vis immanibus applicat ori !

Tunc ille Aeneas, quem Dardanio Anchise
Alma Venus Phrygi genuit Simoëntis ad undam !

Atq; equidem Teucrum memini Sidona venire,
Imbus expulsus patrijs, noua regna petentem,

Auxilio Beli, genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat.

Tempore iam ex illo casu mihi cognitus urbis

Troia
Insula in mari Carpathio inter Creta

Handwritten marginal note in Latin script, likely a commentary or correction.

Troiana, nomenq; tuum, regesq; Pelasgi:
 Ipse hostu Teucros insigni laude ferebat,
 Seq; ortum antiqua Teucrorum à stirpe volebat.
 Quare agite ô tectis iuvenes succedite nostris.
 Me quoq; per multos similis fortuna labores
 luctatam, hac demum voluit consistere terra.
 Non ignara mali, miseru succurrere disco.
 Sic memorat: simul Aenean in regia ducit
 Tecta: simul diuûm templis indicit honorem.
 Nec minus interea socijs ad littora mittit
 Viginti tauros, magnorum horrentia centum
 Terga suum, pingueis centum cum matribus agnos,
 Munera, laticiamq; dei.
 At domus interior regali splendida luxu
 Instruitur, medijsq; parant conuiuia tectis.
 Arte laborata vestes, ostroq; superbo:
 Ingens argentum mensis, calataq; in auro
 Fortia facta patrum: series longissima rerum,
 Per tot ducta viros antiqua ab origine gentis.
 Aeneas (neq; enim patrius consistere mentem
 Passus amor) rapidum ad naues praeiungit Achatē:
 Ascanio ferat hac, ipsumq; ad mœnia ducat.
 Omnis in Ascanio cari stat cura parentis.
 Munera praeerea Iliacis crepta ruinis
 Ferre iubet, pallam signis auroq; rigentem, *hanc praeiungit*
 Et circumtextum croceo velamen acanibo: *Carib. r. g. h.*
 Ornatus Argiua Helena, quos illa Mycenis,
 Pergama cum peteret, inconcessosq; hymenaeos,
 Extulerat: matris Leda mirabile donum.

Prae-

Præterea sceptrum, illic quod gesserat olim,
 Maxima natarum Priami: colloq; monile
 Baccatum, & duplicem gemmis auroq; coronam.
 Hac celerans, iter ad naueis tendebat Achates.
 At Cytherea nouas artibus, noua pectore versat
 Consilia: vt faciem mutatus & ora Cupido
 Pro dulci Ascanio veniat: doniq; furentem
 Incendat reginam, atq; osibus implicet ignem.
 Quippe domum timet ambigua, Tyriosq; bilingues.
 Vrit atrox Iuno, & sub noctem cura recurſat.
 Ergo huc aligerum dictis affatur amorem:
 Nate, mea vires, mea magna potentia, solus:
 Nate, patris summi qui tela Typhœa tenetis,
 Ad te confugio, & supplex tua numina posco.
 Frater vt Aeneas pelago tuus omnia circum
 Littora iactetur, odijs Iunonis iniquæ,
 Nota tibi: & nostro doluisti saepe dolore.
 Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisq; moratur
 Vocibus. & vereor, quod se Iunonia vertant
 Hospitia: haud tanto cessabit cardine rerum.
 Quocirca capere antè dolis, & cingere flamma
 Reginam meditor: ne quo se numine mutet,
 Sed magno Aenea mecum teneatur amore.
 Quod facere id possis, nostram nunc accipe mentem.
 Regius, accitu cari genitoris, ad urbem
 Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,
 Dona ferens pelago, & flammis restantia Troia.
 Hunc ego, sopitum somno, super alta Cythera,
 Aut super Idaliū sacrata sede recondam:

Ne quid

Neque illud cupio in quo in templum vti habet

Ne quã scire dolos, mediũsue occurrere possit.
Tu faciem illius, noctem non amplius vnam,
Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus:
Vt cum te gremio accipiet, latissima Dido,
Regalas inter mensas, laticemq; Lyeum:
Cum dabit amplexus, atq; oscula dulcia figet,
Occultum inspires ignem, fallasq; veneno.
Paret Amor dictis care genitricis, & alas
Exiit, & gressu gaudens incedit Iuli.
At Venãrascantio placidam per membra quietem
Irrigat: & fetum gremio dea tollit in altos
Idalia lucos: vbi mollis amaracus illum
Floribus, & dulci aspirans complectitur vmbra.
Iamq; ibat dicto parens, & dona Cupido
Regia portabat Tyrijs, duce latus Achate:
Cum venit, auleis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda, mediamq; locauit.
Iam pater Aeneas, & iam Troiana iuuentus
Conueniunt, stratoq; super discumbitur ostro.
Dant famuli manibus lymphas, Cereremq; canistris
Expediunt, consisq; ferunt mantilia villis.
Quinquaginta intus famulae, quibus ordine longam
Cura penum struere, & flammis adolere penates.
Centum aliae, totidemq; pares aetate ministri,
Qui dapibus mensas onerant, & pocula ponunt.
Nec non & Tyrij per limina lata frequentes
Conuenere, soris iussi discumbere pictis.
Mirantur dona Aenea, mirantur Iulum,
Flagrantemq; dei vultus, simulataq; verba,
Pallamq;

Pallamq; & pictum croceo velamen acantho.
 Præcipue infelix, pesti deuota futura,
 Expleri mentem nequit, ardescitq; tuendo,
 Phœnissa: & puero pariter, doniq; mouetur.
 Ille, vbi complexu Aenææ, colloq; pependit,
 Et magnum falsi impleuit genitoris amorem,
 Reginam petit. hæc oculis, hæc pectore toto
 Hareret: & interdum gremio fouet: inscia Dido,
 Insidiat quantus misere Deus. at memor ille
 Matris Acidalia, paulatim abolere Sicheum
 Incipit, & viuo tentat prauertere amore
 Iampridem resides animos, desuetaq; corda.
 Postquam prima quies epulæ, mensq; remota,
 Cratæas magnos statuunt, & vina coronant.
 Fit strepitus tectis, vocemq; per ampla volutant
 Atria: dependent lychni saquearibus aureis
 Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.
 Hic regina, grauem geminis auroq; poposcit,
 Impleuitq; mero pateram: quam Belus, & omnes
 A Belo soliti. tum facta silentia tectis.
 Iuppiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)
 Hunc letum Tyrissq; diem, Troiaq; profectis
 Esse velis, nostrosq; huius meminisse minores.
 Assu letitia Bacchus dator, & bona Iuno,
 Et vos ô cætum Tyrij celebrate fauentes.
 Dixit, & in mensa laticum libauit honorem,
 Primaq; libato summo tenuis attigit ore.
 Tum Bicia dedit increpitans: ille impiger hausit
 Spumantem pateram, & pleno se proluit auro:

Post

Pōst aliꝝ proceres. cithara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantem lunam, soliqꝫ labores:
Vnde hominũ genus, et pecudes: vnde imber, et ignes
Arcturum, pluuiasqꝫ Hyadas, geminosqꝫ Triones:
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni, vel qua tardus mora noctibus obstet.
Ingeminant plausum Tyrj, Troesqꝫ sequuntur.
Nec non & vario noctem sermone trahebat
Infelix Dido, longumqꝫ bibebat amorem,
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa:
Nunc, quibus aurora venisset filius armis:
Nunc, quales Diomedis equi: nunc, quantus Achilles:
Imò age, & à prima dic hospes origine nobis
Insidias, inquit, Danaũm, casusqꝫ tuorum,
Erroresqꝫ tuos: nam te iam septima portat
Omnibus & terris errantem & fluctibus ætas.



